BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 117v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sive in hac uita / sive in altera / cum pie uixeris te
beatum esse oportet. Axi. Vereor tibi dicere / o / Socrates.
tantum eius a timore mortis absum / ut iam eius desi
derio mouear / usque adeo tua diuina oratio persuasit /
ut eciam uitam iam despiciam / atque contemnam / tamque
ad meliorem Locum migraturus. Nunc autem que
dicam sunt / quieto et tranquillo animo mecum repetam.
Meridie autem assistas mihi / o / Socrates. Socr. At ego
ad Herculis Gimnasium redibo deambulandi gratia
unde uocatus / huc progressus sum :~ Finis. Laus deo.

205
4

De morte Imperatoris Sigismundi. iij.

Audito casu celebris et spectate memorie. S. et eius
non dolere et Lacrimas effundere non potuimus.
Nam cum multe in eo principe Illustres Imperialesque
uirtutes essent / ipsum ut nostrum filium diligebamus.
Accedit. prima quod magna apud fideles iactura facta extitit
tali rege sublato / qui sapientia sua et animi magnitudine /
imminentia per fidelibus pericula amouit. Sed quamquam
ecclesia his presertim temporibus talem filium perdiderit: tamen quia in
domino mortuus est / in hoc acerbissimo casu / consolationem
accepimus. Nam sicut audiuimus cor eius excelsum / ut
excelsius efficeret / humiliauit / et calcatis ac deposi